¶ Preterea pena inferni includit culpam vna enim de penis inferni est ver
mis et remorsus cōsciencie de culpa cōmissa· Sz culpa mortalis non inclu
dit penā inferni· ergo magis est eligenda culpa mortalis q̄ pena inferni //
P illud papa potest mandare quod est de iure naturali· Sz refugere et
naliter mori et eternam penam est de iure naturali· quilibet em̄ naturalit̄
refugit mortem potissime eternam· Peccare ergo mortaliter p̄eligendum
est antiq̄ eternaliter dampnari ¶ In cōtrariū est qd dicit ansel· in libro
de similib9 vbi ait q aliquis debet magis eligere esse in inferno sine culpa
q̄ in paradiso cū culpa quia innocens in inferno non sentiret penam et pecca
tor in paradiso nō gauderet de gl'a hot idem videtur dicere· Crisos· in libello
de laudib3 pauli exponēs illud ad Rō· ix· Optabam ego ipse anathema es
se cū xpō p fratribus meis q poci9 paulus voluisset esse in inferno cū cari
tate q̄ extra sine caritate ¶ Rn̄sio Dicendū q illud cadit sub p̄cepto qd
est de necessitate salutis· Est autem de necessitate salutis vt homo cōtrit9
in via salutis exn̄s in generali magis velit pati quācūq3 penam q̄ pecca
re mortalit̄· Et hoc ideo quia cōtriciō est salus hoīs et nō pot̄ esse sine carita
te p quā oīa peccata dimittūt̄· Ex caritate autē plus tenetur homo deū
diligere q̄ seipm̄ Constat autem q peccare mortalit̄ est facere contra de
ū· puniri autem quacūq3 pena est pati aliquid cōtra seipsū· Vnde caritas
hoc requirit vt anteq̄ peccet mortaliter quālibet penā homo cōtrit9 exn̄s
in via salutis in generali p̄elegat culpe mortali Et dico ingenerāli quia in
speciali descendere ad hāc penā vl' aliam homo nō tenetur ymo non sapien
ter ageret pp vl' quilibet supior seip̄m vel aliū monendo vel inducendo ad
pticulares penas Cui9 racio est quia sicut delectabilia plus mouent in pti
culari considerata· q̄ in comūi· ita terribilia plus terrent si in pticulari con
siderentur· et aliqui sunt qui in maiori temptatione non cadunt: qui for
te in minori caderent· sicut aliquis audiens adulterium nō incitatur ad
libidinem· sed si per consideracōnem descendit ad singulas illecebras car
nis magis promoueretur ad libidinem· Et similiter aliquis non refuge
ret pati mortem pro cristo Sed si descenderet ad considerādum singulas
penas: magis retraheretur· Et ideo descendere in talibus ad singula· est
inducere hominem ad temptationem et prebere occasionem peccandi· qd
papa et quilibet superior maxime vitare debet ¶ Ad primum ergo est di
cendum q culpa mortalis quantum de se: perpetua est sicut pena inferni
Si autem remedium habet· hoc est ex sola misericordia dei· Vel est dicē
dum q plus preponderat bonum diuinum · contra quod agit mortalis
culpa bono nature create cui opponitur pena· perpetuitas enim pene ppor
cionat̄ culpe· ¶ Ad secundū est dicendum q vermis et remorsus consci
encie non semper est culpa quamuis ad culpam quandoq3 consequatur

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-587/0294
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG